



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 103. Fœderatorum furor accepto induciarum nuntio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

eos pro hostibus habere se profitebatur, Sæcul XVI.
A. C. 1589.
 qui conjuratione facta Henricum III. Regem suum legitimum oppugnantes regium nomen deleverunt, Curias Regni de tribunali dejecerunt, & primarios earum Præsides aut crudeliter occiderunt, aut in carcerem injuriose detruserunt, ac sacræ Sedis sigilla confringentes omni divino, humanoque jure calcato, Galliam ferro, flammisque, & cruore miscere non abhorruerunt. Sexta post die, seu vigesima quarta ejusdem Mensis idem Rex aliud edictum proponebat ad Protestantes sibi addictos directum, quo de induciis nuper cum Rege initis eos certiores reddebat, simulque eis injungebat, ne fideles summi Pontificis, Regisque subditos ulla molestia afficerent, ulloque pacto Religionis Catholicæ, Apostolicæ, & Romanæ libertatem turbarent, aut quempiam propterea divexarent.

§. CIII.

Fæderatorum furor accepto induciarum nuntio.

Hucusque Regis auctoritas, ejusque Thuan. l. 95.
 Persona non nisi scriptis, quorum Authores sua nomina occultabant, lacescebatur, quamprimum vero induciæ ab Henrico cum Navarræ Rege fuerant
Xx 5
initæ,

Sæcul. XVI.
A.C. 1589.

initæ, quantocius foederati ruptis omnis moderationis debitæ repagulis aperto furore in Regem debacchabantur: præcipui vero ex illis erant Guilielmus Rosa Sylvanectensis Episcopus, Cilbertus Genebrardus a Gregorio XIII. ad Aquensem Archiepiscopatum nominatus, Franciscus Feuardentius ex Ordine Fratrum Minorum, Matthæus Lanoyus, qui licet Sacerdos uxorem ducendi cupiditate excæcatus Protestantium sectæ sese addixit, & postea relicta conjugē suā foederatis adhæsit: insuper Joannes Bucherus librum sub titulo: *de justa Henrici III. abdicatione* concinnaverat, atque in eo per Nicolaum Nivelium typis impresso foediſſima quæque, atque atrocissima crimina Regi affingebat, propter quæ eum tanquam a communione Ecclesiæ ipso jure exclusum, omni regni jure ipsi natiuitatis lege in Gallicam Nationem olim debito excidisse, & legitime abdicatum ac tandem justo Dei judicio, & impulsum interficiendum esse, demonstratum ibat.

Porro dum Pater Thomas Beaumais, seu Bonamicus Ordinis Carmelitarum Religiosus jam antea librum ediderat, in quo demonstratum ibat, quod subditis contra Regem suum, etiam hæreticus esset, nunquam arma capere sere liceat, ideo nunc cuncti Regiis partibus

tibus addicti sese hujus Carmelitæ, qui ^{Sæcul. XVI.}
 Theologiæ præstantia clarissimus erat, ^{A.C. 1589.}
 auctoritate tuebantur: ast fœderati
 mox sub falso hujus Doctoris nomi-
 ne librum, in quo doctrina omnino con-
 traria continebatur, subrogarunt, eum-
 que ubique divulgarunt: verum, brevi
 spurius hic partus supprimebatur.

§. CIV.

*Legati querelæ ad Regem contra in-
 ducias cum Navarro initas.*

Interea Papæ Legatus, cum Regem ad
 inducias cum Navarro Rege firmandas
 paratum intelligeret, rupta omni mora
 Henricum adiit hac super re vehemen-
 ter questus, præcipue autem Regi hæc
 exponebat: „tua agendi ratio omnino
 „adversatur iteratæ, quam fecisti, polli-
 „citationi, qua, etsi Guisium Ducem
 „morti tradideris, nihilominus te bel-
 „lum contra hæreticos profecuturum
 „spondidisti: qua spe fretus plurima in
 „tuum favorem, atque utilitatem Romam
 „perscripsi, ac tuam causam apud sum-
 „mum Pontificem potenter adjuvi,
 „nunc vero omnia, quæ perscripsi, unice
 „tam ad imminuendam, quæ de te ha-
 „bebatur, existimationem, quam ad
 „vertendam fiduciam, quæ in me tan-
 „quam Sedis Apostolicæ Legatum re-
 „ponebatur, conferre videntur; notum
 „enim